

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110**

Exercitationes theologicae - Ettenheim-Münster 109 - index omnium in  
univ. theol. 4 tomis distincta contentarum

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Exercitatio XVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-111021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111021)

nia levitas excuset à peccato. Ergo etiam negligentia levitas excusabit à peccato. Saltem mortali. Ergo ubi nulla est negligentia, nullum quoque erit peccatum, ac consequenter cui nunquam incidit dubitare, aut, si incidit, dummodo morale diligentiam adhibuerit in inquirenda veritate, hæc non inventa, si bona fide pervererit, perget ex ignorantia invincibili.

6. Col. p. 256. Scititur in multis questionibus Juris naturalis, qua primum respiciunt, Schola Thomistica docet hanc partem Scotistica contradictoriam, atque necesse est alteram partem errare. Item est de Doctoribus, Advocatis, Consiliariis, Sapè in materiis Juris naturalis diversa docentibus et suadentibus, si omnis error hæc est vincibilis. Ergo errantes graviter peccant, et plerique damnantur; quia his opinionibus immoruntur. Sic ergo omnes tenebuntur vitare nomen Advocati, Consiliariorum, Judicis, p. ne exponant se periculo proximo evadendi iura Jus naturalis.

303. Porò tota ratio responsionis ad Argumentum seu Just. ult. timam vel ex hoc conruit, quod licetum sit sequi sententiam probabilissimam; nam contraria propositio damnata est ab Alexandro VII. nempe: Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabilissimam. Imò quod adhuc magis est, Roma an. 1685. die 8. Augusti ~~confixa~~ hæc propositio, quam quidam Lovanienses Theologi defendebant confixa est: Nullam admittimus ignorantiam invincibilem Jus naturalis in ullo homine, dum hæc et nunc contra Jus naturalis agit.

Ceterum male censurò afficeretur posterior sententia ex eo, quod scilicet videatur quodammodo favere opinioni Lutheri et Janseii, illius quidem dum ait: Scholastici dicunt invincibilem ignorantiam reddere excusabiles; tanta coecitas est in Papa Scholij. Janseii vero, qui turtur ignorantiam invincibilem Jus naturalis nunquam excusare à peccato, bene tamen ignorantiam Jus positivum. Nam hujus sententia Patroni ajunt se nullatenus asserere nullam ignorantiam invincibilem excusare à peccato, sed solummodo nullam dari ignorantiam invincibilem Jus naturalis.

304.

#### Exercitatio XVII.

De actibus humanis indifferentibus  
ad cap. 3. §. unic. n. 156. et seq. Tract. 1. Tom. 3. Theol.  
Univers.

Dari actus humanos, qui secundum speciem sint indifferentes, communissima est sententia. At major controversia est Thomistas inter et Scotistas de actibus humanis in individuo, an scilicet indifferentes esse possint. Affirmant Scotisti, negant vero Thomista.

Proponuntur ac solvuntur Argumenta Thomista-  
rum.

Argumentum 1<sup>um</sup> petitur ex S. Scriptura Eccles. ult. dicitur:  
Cuncta, quae fiunt, adducet Deus in Iudicium. In quem locum  
sic ait S. Hieronymus: Quidquid à nobis gestum est, stabit sub Judi-  
ce et antipitem spectabit sententiam. Atqui solummodo pro  
actibus bonis aut malis fertur Iudicium ac sententia. Ergo p.

Resp. Ad. Actus humanos indifferentes etiam adducendos esse  
in Iudicium, ut immutentur, an fuerint facti secundum regu-  
lam rationis illos permittentis, vel an fuerint vitiosi per  
aliquam malam circumstantiam.

Argumentum 2<sup>um</sup> petitur ab auctoritate SS. Augustini et 306. 7. *obj. p. 297.*  
Thoma. S. Augustinus lib. 2. de remiss. et merit. c. 18. sic ait:  
Mirum, si voluntas potest in medio quodam ita consistere, ut  
nec bona nec mala sit; aut enim justum diligimus, et bona  
est; aut justum non diligimus, et bona non est.

Resp. S. Doctorem huc non accipere voluntatem pro volitione,  
sed pro ipsa potentia voluntatis, et negare medium inter volun-  
tatem bonam et malam, nimirum justam et injustam.

S. Thomas q. 2. de malo, a. 5. in O. sic loquitur: Si loquamur  
de actu morali secundum individuum, sic quilibet particula-  
ris actus moralis, necesse est, quod sit bonus vel malus propter  
aliquam circumstantiam, p. Idem docet i. p. q. 18. a. 9. in O. et  
alibi.

Resp. fatendum esse S. Thomam sibi contrarium esse. Unde  
ab ipsis hic deserendum esse.

Argumentum 3<sup>ium</sup> petitur ex variis rationibus. Itaque 307.  
Arguitur) 1<sup>o</sup>. Dum homo agit liberi et advertenter, agere de-  
bet ut homo, seu conformiter ad rectam rationem. Atqui  
recta ratio dicitur profigendum esse actualiter vel virtuali-  
ter finem honestum actionibus nostris. Ergo p.

Resp. Dist. maj. Debet agere conformiter ad rectam ratio-  
nem, id est, nihil debet agere contra, con. Debet agere se-  
cundum rectam rationem, subdit. Debet agere positive  
vel permissive, con. necessario et semper positive, neg. maj.  
Itaque recta ratio aliquos actus praecipit, aliquos prohibet,  
aliquos permittit: dum praecipit aut prohibet, tenemur positi-  
ve agere secundum ipsam; alias actus noster esset ipsi positive  
inconveniens, adeoque malus. Quando autem aliquis permit-  
tit, id est, nec praecipit nec prohibet, quod accidit in actionibus,  
quae valde leviter aut quasi nihil conferunt ad vite conservatio-  
nem, satis est, ut non peccemus, si recta rationi negative con-  
formemur, seu nihil contra ipsam agamus.

Dist. Homo debet etiam positive agere conformiter ad  
rectam rationem. Ergo p. Prob. ant. Quia alioquin operabi-

tur praeiure ut animal, sicut propter naturae commoditatem.

Resp. Neg. ant. ad eius prob. Dist. operabitur propter naturae commoditatem, libere tamen et moderate ac sine excessu, seu secundum regulam à ratione praescriptam, quod non convenit brutis, con. aliter, neg.

Inst. Indignum est homine ad coelum nato quod agat propter solam delectationem ac naturae commoditatem.

Resp. Hoc verum esse, si eiusmodi delectatio sit immoderata, scius si sit moderata.

Inst. Damnata est ab Innocentio XI. sequens propositio: Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpa ac defectu veniali. Ergo si delectatio moderata sit, sive non, semper tamen peccaminosa erit actio propter solam delectationem exercita.

Resp. Dist. cons. Ergo actio semper peccaminosa erit, si delectatio sit finis à natura intentus, neg. Si non sit et assumatur, con. cons. Hoc autem fit in dicta propositione ubi voluptas assumitur tanquam finis operis conjugalis, ut patet ex illis verbis: propter solam voluptatem, qui tamen eius finis non est, sed solum procreatio prolis. Nos autem, inquirunt, quando asserimus licere quandoque operari propter delectationem moderatam, id tantum volumus tunc, quando delectatio est finis à natura intentus, ut delectatio oculorum ex visione pulchri, aurium ex musica, &c.

8. Col. p. 258

Inst. Saltem tunc prodigitur tempus. Ergo p. Resp. Sicut non est prodigus temporis, qui paululum quiescit ab omni actu, ita à fortiori nec qui agit interdum ob moderatam delectationem.

Inst. Facta huiusmodi sunt otiosa. Ergo mala. Resp. Sunt otiosa in ordine ad vitam aeternam, con. Sunt otiosa absolute et simpliciter, neg. Habent enim suam utilitatem naturalem, seu cedunt in bonum naturae, cui quandoque succurrendum est.

Inst. Similia non conducunt ad finem ultimum. Ergo sunt otiosa simpliciter.

Resp. Dist. ant. Non conducunt ad finem ultimum proxime, con. remote, neg. ant. Conducunt enim ad naturae utilitatem aut recreationem, qua recreata ac refoecillata facilius Dei obsequia exequitur.

Inst. Huiusmodi actus, qui ita conducunt ad finem ultimum saltem remote sunt boni. Ergo hoc ipso non dantur actus indifferentes. Prob. ant. Quia tales actus sunt conformes rectae rationi. Ergo p.

Resp. cum distinctione: Sunt conformes rectae rationi

dictanti rem esse commodam, concl. dictanti rem esse honestam, Subdit. quando notabiliter confert ad vita conservationem aut natura levamen, concl. quando non nisi levissime aut fere nihil confert, ad natura levamen, neg. ant. Quia recta ratio non judicat aliquid honestum, nisi sit laude dignum, quale non reputatur v.g. fricare manus, barbam scalpere, spueri, p.

Arguitur 2<sup>o</sup>. Si darentur actus indifferentes, darentur et habitus. atqui omnis habitus in voluntate residens vel est virtus, vel vitium. Ergo p.

Resp. Dist. min. habitus, qui est alicujus considerationis, vel est virtus vel vitium, concl. qui nullius est considerationis aut fere nullius in ordine ad mores componendos, qualis est habitus indifferens, neg. min.

§. II.

308.

Proponuntur ac Solvuntur Argumenta Scotistarum.

Argumentum i<sup>um</sup> petitur ab auctoritate S. Hieronymi Ep. 89. ad Augustin. ubi Bonum est, inquit, continentia, malum est luxuria, inter utrumque indifferens ambulare, sputis rheumata jacere, hoc nec bonum nec malum est. Et ne quis dicat S. Doctorem loqui duntaxat de actibus secundum speciem indifferentibus, subjungit: Sive enim feceris sive non feceris, nec justitiam habebis nec injustitiam. quibus verbis significat actus in individuo ponitur, quod quid enim fit, utique fit in individuo, cum actiones sint singularium.

Concordat S. Gregorius Nazianzenus Orat. 3. in Julianum, ubi admittit medium inter dignum poena et laude, quod est admittere medium inter bonum et malum morale adeoque indifferens.

Resp. i<sup>o</sup> ad i<sup>um</sup> S. Hieronymum plus non voluisse, quam actus huiusmodi non habituros justitiam vel injustitiam, nec esse bonos vel malos moraliter, quantum praesens est ex specie et objecto. Nec obstat, quod addatur, Sive feceris, p. nam actus quoad speciem indifferentes, licet contrahantur ad esse individuale, nunquam tamen amittunt hanc indifferentiam. Unde eo sensu verum est dicere, Siquis eos fecerit vel non fecerit, nunquam tamen inde habiturum justitiam vel injustitiam; at per hoc non negatur, quod ex fine vel circumstantiis, quae objecto accidunt, huiusmodi actus non possint esse boni vel mali moraliter.

(Resp. 2<sup>o</sup>. S. Doctorem agere quidem de actibus in indi-

P. H. p. 259.

viduo, sed tamen velle duntaxat exercentem illos nec jus-  
titiā nec injustitiā habere ex eo prociē, quod illos  
exerceat, quod verissimum est, quia si inijusmodi tantum appe-  
tantur ut bonum rationi consonum, neque ab operante in fi-  
nem supernaturalem directe referantur, licet tunc quidem sint  
honesti, nunquam tamen justitiā, utpotē que ordinis super-  
naturalis est, conferre poterunt; quod si vero in nullum pro-  
lus finem ordinantur, quamquam tunc sint otiosi, nunquam  
tamen ad rationem injustitię pertingent, quia alioquin heque-  
retur, quod justus actum otiosum exercent justitiā amitteret,  
ubi enim injustitiā, ibi justitiā bonum habere nequit; quod ta-  
men nemo sapiens dixerit.

Ad auctoritatem S. gregorię resp. cum epe intelligendum  
non de statu aliquo mediō inter bonum et malum, sed de me-  
diō inter perfectum et peccaminosum: loquitur enim loc. cit.  
de viro perfectō, qui non tantum ea, que precipiuntur, sed  
etiam ea, que non precipiuntur et sunt. De consiliō tan-  
tūm, fait; ex quo laudē et praeconiō dignus est. Ex hoc au-  
tem gratis deducitur dari actum in individuo indifferentem.

309. Argumentum 2<sup>um</sup> Datur actus indifferentes secundum  
speciem. Ergo etiam in individuo. Prob. cons. Non datur spe-  
cies, que sub se non habeat aliquod individuum saltem possibi-  
le, ut dicitur in logica. Ergo si datur actus indifferens quoad spe-  
ciem, datur etiam quoad individuum.

Resp. Neg. cons. ad ejus prob. Dist. cons. Ergo si p. datur etiam  
actus indifferens quoad individuum consideratus praevis in ra-  
tione objecti, cons. consideratus etiam in ratione finis, et  
circumstantiarum, neg. cons. Val aliter Dist. cons. Ergo  
etiam datur actus hominis indifferens quoad individuum, cons.  
actus humanus deliberatē et cum advertentiā rationis fac-  
tus, neg. cons.

310. Argumentum 3<sup>um</sup> Datur objectum ex natura sua in-  
differens, quod nec honestatem nec malitiam involvit. Ergo  
potest quis circa illud ut tale operationem suam exerere.  
Subsum. Atqui talis operatio nec erit bona, ut per se patet,  
nec mala; non enim mala erit ex objectō, quia illud  
nullam in se continet malitiam; nec ex carentiā finis  
honesti, cum homo non semper teneatur suam operationem  
positive ad finem honestum dirigere, sed solum illam non  
exerere propter finem malum. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Datur objectum ex natura sua indiffe-  
rens p. si praevis ratione sui attenditur, cons. Si in ordine  
ad finem et intentionem operantis consideratur, neg. ant. p.  
Præterea negatur, quod homo suam operationem non te-  
neatur ad finem honestum dirigere; cum enim homo  
sit naturā rationali praeeditus, idē quoties operatur cum

consilio et deliberatione rationis, tenetur operari ut homo et  
convenienter sua natura, ac proinde iuxta exigentiam  
et inclinationem naturae rationalis. Ergo tenetur operari  
in ordine ad bonum rationis seu honestum, quod est finis  
talibus naturae; alioquin non agit ut homo, sed ut animal, et  
affimilatur iumentis insipientibus, quibus non est intel-  
lectus.

Argumentum 4<sup>um</sup> Si teneremur actiones nostras sem- 311.  
per dirigere ad finem honestum, sequeretur, quod peccare-  
mus omni fere momento in omni opere, quia rursus certe de  
hujusmodi relatione cogitamus. Atqui hoc esset nimis ri-  
gidum, et nimiam torturam conscientiae imponeret. Ergo p.

Resp. Dist. seq. maj. Sequeretur, quod omni fere momento  
peccaremus, si semper ageremus deliberate et cum adverten-  
tia rationis absque fine honesto, concl. Si sapissime non agi-  
mus deliberate, p. reg. seq. maj. Valde autem frequenter  
contingit, quod agamus omnino inadvertenter, adeoque  
non peccemus. Praeterea non est tanta conscientiae  
tortura obligari hominem omnes suos actus referre ad  
finem honestum, quantum forte sibi imaginantur  
adversarii; non enim necessario requiritur actualis re-  
latio in bonum honestum, sed sufficit virtualis. Unde  
etsi quis accedens v.g. ad mensam non cogitet de conserva-  
tione vitae, sed solum de corporis refectioe, non tamen  
propterea peccat; quia talem refectioem propter vita  
conservationem, quae finis honestus est, saltem virtua-  
liter vult, licet non inordinate eam appetit: Nam hoc  
ipsum, quod aliquis agit ordinate ad sustentationem vel  
quietem sui corporis, ad bonum virtutis ordinatur in eo,  
ut ait S. Thomas hic a. 9. ad 3. Et in 2. dist. 40. quart. unic.  
a. 5. in fin. dicit, quod comedere servato modo temper-  
rantia, ludere servato modo intrapelia, sunt opera bo-  
nae virtutis. Ex quo patet, ejus sententiam non esse  
nimis rigidam et austeram, nec jugum importabile, nec  
labirinthum scrupulosis conscientiae inextricabilem,  
ut causantur adversarii, imponere.

2. Col. 12 200

100

Argumentum 5<sup>um</sup> Ex his sequeretur, quod opera ob 312.  
solum commodum naturae facta essent bona. Atqui hoc est  
falsum. Ergo p. Prob. min. 1<sup>o</sup> ex eo, quia opera bona solum  
sunt objectum virtutis non naturae. 2<sup>o</sup> Possent esse mate-  
ria voti et Juramenti. 3<sup>o</sup> In homine justo possent esse  
meritoria vitae aeternae. Atqui haec omnia falsa sunt et absur-  
da. Ergo p.

Resp. concl. Seq. quod scilicet opera ob commodum naturae

rationalis nempe, et rationaliter facta, sint bona et honesta. Responsum. Ad ejus prob. quoad 1<sup>um</sup> Responsum negativè conformiter ad doctrinam S. Thomae paulò antè citati. Quoad 2<sup>um</sup> et 3<sup>um</sup> Responsum iterum negativè; quia votum et juramentum debent esse de meliori bono, et ad meritum supernaturale plus requiritur, quam ad meritum tantum morale ordinis naturalis, uti per se constare videtur.

313. Argumentum 6<sup>um</sup> Si actus humani, quos dicimus esse secundum speciem indifferentes, toties essent moraliter mali, quoties in finem honestum non referuntur, deberent etiam esse materia confessionis: quis autem unquam cogitavit, aut quis non velut scrupulosus à Confessario repellatur, si nihil aliud confiteratur, quam prae se tantum, se v.g. lavasse manus, fricasse barbam, &c. Ergo siquidem est hujusmodi actus non esse malos, etiamsi non dirigantur ad finem honestum.

Responsum. Actus tales esse materiam confessionis, si deliberatè ab agente procedunt, nec tamen vel actualiter vel saltem virtualiter in finem honestum diriguntur et ordinantur. Quod autem hujusmodi actus à fidelibus non solent in confessionali explicari, id idè fit, quia plerumque fiunt indeliberatè, et sunt actus hominis potius quam actus humani, neque adeò facile est in prae se discernere, an hujusmodi actus aliquis suo debito fine caruerit, et an non, saltem virtualiter, fuerint relati in finem honestum; unde ordinariè sunt materia dubia, et idè prudens Confessarius debet raro ab eis absolvere, sed potius poenitentiam eo adducere debet, ut peccatum certum, quamvis jam semel confessum confiteatur, ut absolutionis beneficium percipere possit.

314. Argumentum 7<sup>um</sup> Alexander VIII. an. 1690. 24. Aug. damnavit hanc propositionem num. 4<sup>am</sup> Omnis humana actio deliberata est Dei dilectio vel mundi, si Dei, charitas Patris est; si mundi, concupiscentia carnis, hoc est, mala est. Quis Gregorius XIII. damnavit hanc propositionem Michaelis Bajæ num. 38. Omnis amor creaturae rationalis aut vitiosa est cupiditas, aut mundus diligitur; aut laudabilis ille charitas, quæ per Spiritum Sanctum in corde diffusa Deus amatur. Ergo datur amor procedens ab his ambobus amoribus, consequenter indifferens.

Responsum. Ad salvandam damnatis istis propositionibus oppositam veritatem non requiritur dari actum in individuo indifferentem, sed sufficit dari actum moraliter bonum et honestum intra ordinem naturæ; talis enim actus nec est actus charitatis supernaturalis, nec peccatum. Undè hoc argumentum nihil vincit.

315. Argumentum 8<sup>um</sup> Ubi non datur Lex obligans, ibi etiam non datur prævaricatio Legis. Atqui non datur Lex

3. Col. p. 261.



obligans hominem, ut omnem actum suum ex deliberatione ratio-  
 nis procedentem ordinet ac referat in finem honestum alius  
 virtutis. Ergo in tali homine non ordinante omnes actus suos in  
 finem honestum non datur prevaricatio legis; consequenter pos-  
 sunt dari actus humani, qui in individuo nec boni nec mali mo-  
 raliter sunt, sed mere indifferentes. Prob. maj. Illa lex  
 ejusque obligatio non datur, quam tot sapientes ignorant.  
 Atque universa subtilis Schola, multiplur alii sapientes, iusti  
 et doctissimi viri legem hanc ignorant. Ergo p.

Resp. Ad hoc, ut lex obliget, necessarium non esse, quod deus  
 existentia illiusque annexa obligatio sit lumine natura evi-  
 denter nota, sed sufficere, quod quis prudenter judicare possit  
 dari talem legem, et consequenter obligare ad id, quod pro-  
 cipit, faciendum, eo quod pro obligatione talis legis inve-  
 niat majus ac urgentius fundamentum auctoritatis et  
 rationis. Unde cum habeamus, inquit, auctoritatem  
 SS. Augustini et Thome necnon aliorum, ac insuper ur-  
 gentissimum fundamentum seu rationem in ipsa natura  
 Agentis rationalis et moralis fundatam, multo probabi-  
 lius est dari talem legem seu preceptum referendi omnem  
 actum humanum ex deliberata ratione procedentem in  
 honestum finem.

Argumentum 9<sup>um</sup> Dicitur sequitur opinionem totius 318.  
 Schola Scotistica, quam probabilior existimat, et ex de-  
 liberatione rationis elicit actus indifferentes ex objecto,  
 nullum alium finem sibi prestituendo; talis utique ope-  
 ratur citra peccatum. Ergo saltem dependenter ab usu  
 licite opinionis magis probabilis dantur actus indifferentes.

Resp. Operationem in se carnem fore simpliciter bonam  
 et honestam; quia, licet operans judicio remoto et spe-  
 culativo, seu in actu signato existimet se elicere actum in-  
 differentem, nihilominus tamen cum judicio practico et pro-  
 ximo judicet se licite ac prudenter talem actum elicere,  
 adeo ut licitas objecti et ejus conformitas cum regulis pru-  
 dentia sit ipsi proximum operandi motivum, hinc in  
 actu exercito amplectitur motivum honestum seu con-  
 sonum recte rationi; consequenter elicit actum morali-  
 ter bonum et honestum.

Inst. Opinio probabilis talem facit actum, qualis ab ea  
 proponitur; cum censeatur illum prudenter proponere.  
 Atque opinio in tali casu actum illum proponit ut indiffe-  
 rentem, non vero ut bonum et honestum. Ergo talis actus  
 est indifferens et non bonus.

Resp. Dist. min. Opinio probabilis in tali casu actum propo-  
 nit ut indifferentem non vero ut bonum in actu signato, con-  
 in actu exercito, neg. min. p. Solutio patet ex priori.

... bonitas  
 ... actus  
 ... virtutis  
 ... honestum  
 ... finem  
 ... rationis  
 ... auctoritatis  
 ... fundamentum  
 ... licitas  
 ... motivum  
 ... bonum  
 ... honestum  
 ... actum  
 ... signato  
 ... exercito

205. 20. 11

## Verior sententia eligitur.

Inter oppositas binas has sententias, quamvis Scotistica sua probabilitate haud careat, preferenda tamen est S. Thomae sententia ut pote probabilior.

Fundamentum est; quia quicquid appetit voluntas necessario appetit ut bonum; bonum autem cum triplex sit tantum sit, honestum videlicet, delectabile et utile; sic quicquid ipse appetit, illud necessario appetere debet propter unum ex his tribus bonis. Atqui nullum ex his potest respectu voluntatis esse indifferens ad bonitatem et malitiam moralem, sed necessario vel erit bonum rationi consonum, vel malum rationi dissonum; nam bonum honestum requirit esse indifferens, cum ex se sit rationi maxime consentaneum. Nec bonum delectabile, quia delectabile est formaliter, potest esse indifferens; quia semper includit negationem ordinis debiti à natura praescripti. Nec bonum utile potest esse indifferens; quia, cum hoc non appetatur nisi vel ut conduens ad bonum honestum, vel ad delectabile; aut erit bonum ex fine honesto, aut malum ex fine delectabili.

318. Una aut altera tantum superest difficultas, in qua fundamentum praesupponit Scotista, ut visum est S. 1. 1<sup>o</sup>. Dicunt, quod sunt aliquae actiones per se tantum ordinatae ad oblectandum, ut visio pulchri ad oblectandos oculos, olfactus odoris ad oblectandas nares, musica ad aures recreandas. Ergo saltem istae poterunt propter solam delectationem licite exerceri. 2<sup>o</sup>. Multae sunt operationes humanae non necessariae, sed tantum utiles et commoda naturae rationali, ut deambulare, fricare manus, &c. Haec et similia nec honesta sunt, cum non sint ad naturam conservandam necessaria; nec mala, cum ex objecto suo nullam habeant malitiam; erunt igitur indifferentia.

5. Verum contra; <sup>autem</sup> est, quia nulla operatio ad solam delectationem tanquam ad ultimum finem ordinatur, sed ultro semper tendit ad finem commodum et utilem naturae. Ita visio pulchri, auditio concertus finaliter ordinantur ad excitandos exhilarandosque spiritus, qui deserviunt ad operationes humanas obeundas; olfactus odoris ordinatur ad cerebrum confortandum.

Contra 2<sup>o</sup> dicitur est; quia, cum haec ipsa naturae commoda à voluntate appeti non possint, nisi vel propter suam delectationem, quam secum afferunt, et sic erunt mala, minime autem indifferentia; quia semper malum est operari propter solam operationis delectationem; vel propter bonitatem utilem, quam afferunt naturae illam in suo esse malis conservando; et sic erunt bona et honesta, quia semper bonum est operari ea, quae et quae utilia eidem sunt. Quod sic

Probatur: Licet et honeste possumus hanc naturam commoda  
 aliis procurare et intendere. Ergo et nobis, qui nobis ipsis antea  
 in vinculo tenemur vitam conservare quam aliis. Antipatet;  
 quia non solum honeste operamur, dum proximo in gravi ne-  
 cessitate constituto subvenimus, verum etiam dum commoda  
 naturae amicis liberaliter subministramus. Ergo non solum  
 honeste operamur, dum propria natura quasi graviter labo-  
 ranti subvenimus, sed etiam dum commoda iuxta prudentiae  
 praescriptum illi procuramus. Et ex his facile solvi pote-  
 runt omnia responsa Scotistarum ad Instantias Argumenti  
 3<sup>ti</sup> data.

Porro responsio ad ultimam rationem praedicti argumenti  
 3<sup>ti</sup> vel ex eo non habetur; quia Philosophi habitum in gene-  
 re definire solent cum Aristotela in Categ. c. 8. quod sit qua-  
 litas, secundum quam subiectum determinatur ad bene vel male,  
 hoc est, convenienter vel inconvenienter ad suam naturam.  
 Ergo in genere moris nullus omnino dabitur habitus indiffe-  
 rens. Praeterea in ordine ad illud, ad quod voluntas per  
 se determinata ac completa est, superfluit omnis habitus.  
 Unde Theologi communiter docent in voluntate nullum  
 dari habitum virtutis in ordine ad actus tendentes in bo-  
 num honestum ut sic; sed quod ad id, iam per se determi-  
 nata sit voluntas; sed voluntas in ordine ad actus indiffe-  
 rentes, si darentur, per se determinata et completa esset;  
 quia objectum talium actuum esset tantum bonum  
 physicum delectabile, ad quod attingendum voluntas  
 per se completa est; quemadmodum appetitus sensi-  
 tivus per se completus est ad bonum sensibile.

S. Col. p. 263.

Ceterum Argumenta ex S. Scriptura et ex S. Augusti- 319.  
 no adducta equidem minus convincentia videntur;  
 nihilominus contra Scotistarum responsa sic replicari  
 posset: quod non recte dicatur actum indifferentem  
 fieri secundum regulam rationis; nam actum indifferen-  
 tem, quem recta ratio nec praecipit nec prohibet, dicta-  
 men rationis practica non regulat; nihil enim disponit,  
 nec urgit de illo, sive exerceatur sive non exerceatur. 3<sup>o</sup>.  
 Quicquid pertinet ad iudicium divinum, pertinet ad illud ut  
 examinandum vel ad poenam vel ad premium, si non sus-  
 ceptum in tempore, proculdubio suscipiendum in aeternita-  
 te. Atqui actus indifferentes nec examinantur ad premium nec  
 ad poenam, sed tantum actus moraliter boni vel mali. Ergo p.  
 Contra resp. ad aut. S. Augustini dicitur potest, quod voluntas, pro-  
 ut est potentia, non nisi ratione operationis bona vel mala  
 nuncupari possit bona vel mala, nam ratione sui nec bona nec  
 mala est. Deinde ratione actus indifferentis voluntas nec bona  
 nec mala est, sed consisteret in medio. Praeterea, iustum vel  
 iniustum diligere importat actionem; cum igitur S. Doctor loqua-  
 tur de voluntate prout diligit, de ea ergo loquitur non prout est  
 in potentia, sed prout est in actu.

6